



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.
Thomam De Beatitudine. De Actibus Hvmanis. De
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censbris.
Prælectiones Theologicæ Posthvmæ**

Lessius, Leonardus

Lovanii, 1645

Dvb. 2. An matrimoniam sit Iuris natruæ: eiusque vsus sit licitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](#)

SACRAMENTO MATRIMONII.

CAPV T I.

De Matrimonio secundum se considerato, quatenus est officium natura.

DVBIVM I.

Quid sit Matrimonium?

Origo nominis ab Auctōribus variē deducitur, vt videre est apud Couar. in epitome 4. Decretal. p. 2. c. 1. in princ. Augustinus lib. 19. contra Faustū c. 26. deducit matrimonium, ab eo quod mulier nubere debeat, ut mater fiat. Aulus Gellius lib. 18. cap. 6. Noctium Atticarum, à nomine matris statim obtinendo. Alij verò quod in liberoru procreatione maior matris, quān patris ratio habetur: nam mater est certior, vnde est lex recepta, *Partum sequi renrem*. Alij denique matrimonium deducunt quasi matris munum vel munimē: quia ipsa primū infantem souet & munit: pater autem adulto potestā prouidet: à qua paterna prouisione dicitur *Patrimonium*. Vocatur etiam Matrimonium *Nuptia*, quę dicuntur à *nubendo*, id est, velādo; quod puella antequā viro tradatur, debeat caput obnubere seu velare; vt habetur *Can. Nec illud*, 30. q. 5. ex Ambrosio, idque in signū pudoris. Sic Rebecca Gen. 25. viso Isaaco operuit se pallio. Idem significat Apostolus 1. Corint. 11. vbi vult mulierem velare caput: quanuis hoc etiam fiat in signum obedientiae respectu viri. His præmissis:

Respondeo & Dico: Matrimonium est coniunctio maritale viri & mulieris, perpetuam vite consuetudinem retinens. Ita definitur à Theologis, Canonistis, & Iurisperitis, vt videre est dist. 27. 4. Senteptiarum. Et Capitulo Illud, de Presumptionibus, & lege 1. dig. de Ritu nupiarum. Vbi

Notandum est, In matrimonio esse tria. Primū est, consensus interior. Secundum est, contractus exterior. Tertium est, ipsum vinculum, quod ex contractu nascitur. Hoc loco Matrimonium nō accipitur pro contractu, sed pro vinculo quod nascitur ex contractu. Vnde dicitur, *Matrimonium est coniunctio*, id est, vinculum, & habitudo mutua inter virum & mulierē; quæ habitudo non est propriæ relatio rationis, sed morale quiddā, sicut iura & obligationes quæ ex contractibus oriuntur. Consistit enim hæc coniunctio seu habitudo in duobus, scilicet in mutuo iure, & in mutua obligatione: nam maritus obligatus est vxori, ac proinde ipsa ius & potestatem habet in corpus mariti, (obligatio enim respicit ius seu potestatem in altero) & vicissim vxor obligata est viro, ac proinde vir in illam ius & potestatem habet.

Additur, *Maritalis*, id est, à qua alter dicitur *maritus*, altera *vxor*. Per quod excluduntur aliae obligationes & coniunctiones, quæ possunt esse inter virum & feminā; vt est, coniunctio socialis, fraterna,

filialis. Ordinatur autem coniunctio maritalis principali ad prolem suscipiendam & educandam, qui est primarius matrimonij finis. Aliæ coniunctiones ad alios fines referuntur.

Dicitur autem *Viri & Mulieris*; quia matrimonium est coniunctio viri vtri, & viri mulieris. Vnde, si Patres antiqui habuerint plures vxores, plura haud dubie erant matrimonia.

Perpetuam vite consuetudinem retinens: hac parte significatur obligatio ad perpetuū coniunctū, nisi ob aliquam iustam causam superuenientē contingat separari. Hic est secundarius matrimonij finis.

Clarius sic definiri potest: *Matrimonium est vinculum insoluble, ex mutuo translationis corporum contractu inter virum & feminam, ad prolem suscipiendam & educandam, ortum.*

DVBIVM II.

An Matrimonium sit juris naturae: eiusque usus sit licitus?

Olim quidam heretici senserunt matrimonium esse illicitū: vt Saturninus apud Irénæum lib. 1. contra heresēs cap. 22. & Marcion apud Hieronymum lib. 1. contra Iouinianum, & Tatianus discipulus S. Iustini Martyris apud Irénæum l. 1. c. 30. Fuerunt etiam Adamiani, qui dicebant, si Adam non peccasset, non futurum fuisset matrimonium, vt refert Epiphanius heresi 52. In eodem errore fuerunt quidam Apostolici apud S. Bernardum serm. 68. in Cantica. Et Albigenses apud D. Antoninum p. 4. tit. 11. c. 2. §. 5.

Respondeo & Dico Primo: Matrimonium est juris naturae. Vt autem hæc propositio melius intelligatur: Notandum est, Dupliciter est aliquid juris naturae. Primo, Quia ratio naturalis iuris naturalis illud evidenter dictat: vt sunt prima principia legis naturae, & conclusiones ex his evidenter deductæ: vt nemini iniuriam esse faciendam, non furandum, non meechandum. Secundo, Dicitur aliquid esse juris naturae, quia ratio naturalis illud dictat; non tamen ita evidenter, sed potissimum apud sapientes. Et hoc modo matrimonium est legis naturae; quia ratio naturalis dictat vt vir unus cum una muliere insolubili vinculo jungatur. Nunc

Probatur conclusio: Primo: Nam ratio naturalis dictat homini, vt mas & femina simul habent, non solum ad suscipiendam prolem, sed etiam ad educandam & promouendam ad perfectum statum hominis: atqui ad hoc necessarium est vinculum matrimoniale: ergo &c. Secundo: Natura etiam inclinatur ad mutua obsequia quæ vir & femina inter se præstant: quadam enim sunt officia in familia, quæ tantum à feminis obeuntur, alia à maribus: ergo ratio naturalis dictat matrimonium. Tertiō: Si non esset matrimonium, non esset certitudo liberorum, vnde sequeretur maxima confusio: nam nemo suas proles agnoscere; quod fieret, vt pater cum filia, mater cum filio contra ius naturae concumberet: ergo &c. Ex quibus

Clatio
Matrimo-
nij defini-
tio.

Definitio
Matrimo-
nij.

Explicatur
Definitio.

Vitas eius
est licitus.

Ex quibus recte infertur fornicationem & concubinatum esse contra ius naturae: quia impeditur preceptum matrimonij finis, qui est, conueniens educatio prolis.

Dico Secundum: Fide tenendum est licitum esse matrimonij vsum. Sequitur ex priore conclusione,

Probatur contra praeclaros haereticos. Deus in statu innocentiae creauit utrumque sexum, iisque benedixit, dicens: *Crescite & multiplicamini: quod fieri non potest nisi per sexum vnum. Dominus quoque nuptijs interfuit, suaq[ue] praesentia & miraculo comprobavit. Præterea Apostolus 1. ad Tim. 5. v. 14. exprefse dicit: *Volo iuniores nubere, filios procreare, domum curam habere.* Et 1. ad Cor. 7. v. 3. *Vxor vir debitum reddat, & vxor viro. Denique, nisi viva matrimonij licitus esset, mundus deberet perire, quia sine eius vnu conseruari nequit.**

Et sacerdotius
meritorius.

Hinc sequitur etiam posse hunc vsum esse meritorium, nempe si fiat, non causa voluntatis, sed spirituali fine, scilicet ut proles suscipiantur & ad Dei honorē educetur, ut coniugi debitum iustitia postulata reddatur, ut à peccato avertatur, & similia.

Dices Primus: Copula carnalis in Scriptura censetur adferre immunditiae & coquinationis; ut pater 1. Regum 21. v. 4. & 5. ubi petit Sacerdos Achimelech à Davide: *Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus & Apocal. 14. v. 4. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coquinati.*

Respondeo: Immundities illa non est mentis, sed corporis; neque est peccatum, sed pena peccati, consistens potissimum in rebellione membrorum, & in motu concupiscentiae coniunctio, quæ tamen ipsum actum non faciunt malum.

Dices Secundum: Canone Connubia 32. q. 2. dicitur, in actu coniugali non adesse Spiritum S. Quod confirmatur, quia Siricius Papa, epist. ad Hierusalem Terracensis. Episc. coniugatis applicat illa verba Apostoli, *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.*

Respondeo: Capitulum illud Connubia, non esse Canonem aliquem Ecclesiæ, sed sententiā quendam decerpit ex Origene, qui tantummodo vult dicere, Spiritum S. non adesse operi coniugali ad actum externum efficiendum; hic enim sit solus virtute naturali: vult enim Origenes ostendere, non omnia Sanctorum opera à Spiritu S. proficiunt, inter quæ sunt ea opera ad quæ natura per se sufficit. Hinc tamen non sequitur, quin Spiritus S. adsit in hoc opere, quatenus est actus iustitiae, vel charitatis, vel religionis, vel alterius virtutis: voluntas enim non potest harum virtutum fines intendere sine auxilio Spiritus sancti, quamvis etiam tunc actus exterior propriè & immediatè nō procedat à Spiritu sancto, sed à naturali virtute; nam solus actus interior est ex auxilio Spiritus sancti, exterior vero naturaliter sequitur, posito interiore, sine alio auxilio. Ad confirmationem: non loquitur ibi Pontifex de legitimo coniugio, sed de sacrilegio, nempe sacerdotum & monachorum. Qui autem per talen communionem in carne sunt, Deo placere non possunt.

Petes: An actus ille sit licitus, si fiat ob delectationem intra limites, matrimonij. Item si fiat ad vitandam fornicationem vel pollutionem?

Respondeo: Si fiat præcisè ob delectationem, est peccatum veniale; quia non est actus rationi consentaneus. Homo autem tenuit secundum refectionem operari. Si autem fiat ad vitandam fornicationem, vel pollutionem, non est peccatum.

Quod colligitur ex Apostolo 1. ad Corint. 7. v. 5. vbi sic ait: *Iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram.* Et Confirmatur Primus: quia velle fugere peccatum per remedia licita, est licitum: atqui is qui vtitur actu coniugali ne incidat in peccati fornicationis vel pollutionis, vtitur remedio lito ad vitandum peccatum: ergo. Confirmatur Secundum: quia matrimonium est etiam institutum in remedium concupiscentia: ergo licet eo vi ad concupiscentie medelam.

D U B I U M I I I .

Vtrum Matrimonium sit præceptum?

Respondeo Primus: Generi humano satis Marriamo iam propagato, certum est matrimonium non esse præceptum. Est contra quosdam haereticos, & est præmaxime contra Lutherum, qui docuit Marriomy primum legum omnibus esse necessarium, non minus quam cibum positiva, & potum: vnde sequitur omnibus esse præceptum.

Probatur: Quia neque lege positivæ præceptum est: verba enim illa, *Crescite & multiplicamini, Gen. 1. & 9. quibus maximè aduersarij nituntur, si vim præcepti habent, non pertinent nisi ad illud tempus mundi nascentis, quando erat necessarium ad generis humani propagationem, ut omnes Catholici docent: alibi vero nullum est vestigium talis præcepti. Confirmatur: Quia in veteri Testamento multi seruarunt virginitatem; ut Melchisedech, Elias, Ieremias, Eliephas, filij Prophetarū, Iohannes Baptista, B. Virgo, alijque multi, teste Ignatio ad Philadelphios, & Hieronymus epist. ad Eustochij, *De custodia Virginitatis.**

Neque lege naturali præceptum est. Primus: *Quia Neque legi iure naturae nemo tenetur ad matrimonium, nisi vel patitur.* quia id necessarium propagationi humanæ, vi initio mundi, quæ necessitas iam olim cessavit: vel quia id necessarium est propriae personæ, ut si quis continere non posset: sed neque hæc necessitas locum habet, quia certissimum est, & fide tenendum, hominem posse à Deo gratiam, quæ ad continentiam sit necessaria, impetrare. Secundus: Quia passim in novo Testamento cōmendatur virginitas, & coniugij abstinentia, ad eamque hortatur Dominus Matth. 19. v. 11. *Nou omnes capiunt verbū hoc. Sun: Eunuchi &c. qui potest capere capiat.* Et Apost. 1. ad Corinth. 7. Item Apocal. 14. & alibi.

Hinc patet, quād absurdā sit sententia Caluini, *Absurda Caluini sententia.* quam docet in Comment. c. 19. Matthæi, scilicet *Eos omnes diuinio præcepto coniugium inire debere, nisi impj esse velint, quibus nō est diuinus reuelatum, quod donum continentia habeant.* Vide Maldonatum in illo locum.

Vtrum autem in principio mundi fuerit datum præceptum coniugij, dubium est: multi enim Doctores affirmat ex illis verbis, *Crescite & multiplicamini, de quibus solis est difficultas, non significatur præceptum matrimonij, sed solùm benedictio, quæ confertur insignis fecunditas ad generandum, ut docet Michaël Medina lib. 4. de Continentia, controvergia 2. Olearius, Vatableus, & Perrierius in hunc locum. Quod* *in principio mundi datum est.*

F I F T Y C o n f i r m a-

9
Ne quidem
in principio
mundi
fuit tale
præceptū
positivū.

Dico Secundum: Verius est, nullum unquam latum præceptum positivum coniugij incundi.

Probatur, Quia illis verbis, *Crescite & multiplicamini, de quibus solis est difficultas, non significatur præceptum matrimonij, sed solùm benedictio, quæ confertur insignis fecunditas ad generandum, ut docet Michaël Medina lib. 4. de Continentia, controvergia 2. Olearius, Vatableus, & Perrierius in hunc locum. Quod* *in principio mundi datum est.*

5
Vitas eius
est licitus.

Probatur contra præclaros haereticos. Deus in statu innocentiae creauit utrumque sexum, iisque benedixit, dicens: *Crescite & multiplicamini: quod fieri non potest nisi per sexum vnum. Dominus quoque nuptijs interfuit, suaq[ue] praesentia & miraculo comprobavit. Præterea Apostolus 1. ad Tim. 5. v. 14. exprefse dicit: *Volo iuniores nubere, filios procreare, domum curam habere.* Et 1. ad Cor. 7. v. 3. *Vxor vir debitum reddat, & vxor viro. Denique, nisi viva matrimonij licitus esset, mundus deberet perire, quia sine eius vnu conseruari nequit.**

Hinc sequitur etiam posse hunc vsum esse meritorium, nempe si fiat, non causa voluntatis, sed spirituali fine, scilicet ut proles suscipiantur & ad Dei honorē educetur, ut coniugi debitum iustitia postulata reddatur, ut à peccato avertatur, & similia.

Dices Primus: Copula carnalis in Scriptura censetur adferre immunditiae & coquinationis; ut pater 1. Regum 21. v. 4. & 5. ubi petit Sacerdos Achimelech à Davide: *Si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus & Apocal. 14. v. 4. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coquinati.*

Respondeo: Immundities illa non est mentis, sed corporis; neque est peccatum, sed pena peccati, consistens potissimum in rebellione membrorum, & in motu concupiscentiae coniunctio, quæ tamen ipsum actum non faciunt malum.

Dices Secundum: Canone Connubia 32. q. 2. dicitur, in actu coniugali non adesse Spiritum S. Quod confirmatur, quia Siricius Papa, epist. ad Hierusalem Terracensis. Episc. coniugatis applicat illa verba Apostoli, *Qui in carne sunt, Deo placere non possunt.*

Respondeo: Capitulum illud Connubia, non esse Canonem aliquem Ecclesiæ, sed sententiā quendam decerpit ex Origene, qui tantummodo vult dicere, Spiritum S. non adesse operi coniugali ad actum externum efficiendum; hic enim sit solus virtute naturali: vult enim Origenes ostendere, non omnia Sanctorum opera à Spiritu S. proficiunt, inter quæ sunt ea opera ad quæ natura per se sufficit. Hinc tamen non sequitur, quin Spiritus S. adsit in hoc opere, quatenus est actus iustitiae, vel charitatis, vel religionis, vel alterius virtutis: voluntas enim non potest harum virtutum fines intendere sine auxilio Spiritus sancti, quamvis etiam tunc actus exterior propriè & immediatè nō procedat à Spiritu sancto, sed à naturali virtute; nam solus actus interior est ex auxilio Spiritus sancti, exterior vero naturaliter sequitur, posito interiore, sine alio auxilio. Ad confirmationem: non loquitur ibi Pontifex de legitimo coniugio, sed de sacrilegio, nempe sacerdotum & monachorum. Qui autem per talen communionem in carne sunt, Deo placere non possunt.

Petes: An actus ille sit licitus, si fiat ob delectationem intra limites, matrimonij. Item si fiat ad vitandam fornicationem vel pollutionem?

Respondeo: Si fiat præcisè ob delectationem, est peccatum veniale; quia non est actus rationi consentaneus. Homo autem tenuit secundum refectionem operari. Si autem fiat ad vitandam fornicationem, vel pollutionem, non est peccatum.

7
Si fiat ob de:
lectationem
nem, &c.